Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25961
Copyright: Admont, Benediktinerstift

iustus a sanguine abel usq ad sanguinem zacharie quem interfecistis inter
omnium generationum precedentium et persecutricium merita generatio
una persoluat. nec enim iustum est ut alterius pumiat peccata. sed cum indie iudicii
una quaeque generatio punita fuerit propriis peccatis. de hac una et ipsa generatione iudicatum esse iudicium
O omnium enim iniquorum et persecutorum et homicidarum a cain usque in
finem una generatio est. et si non sint omnes in tempore uno.
omnes filii sunt persecutores et homicide illi cain. Ideo et alibi
dicit. Amen dico uobis non transibit generatio ista donec omnia fiant
idem donec impleat omnem mysterium uocationis seque. ut puta
fuit cain persecutor abel et mortuus est. facti sunt gigantes pse
quentes filios seth. Ecce cain transi
it. sed generatio ipsa stetit.
P ierunt gigantes in diluuio. sed nati sunt ex cham chananei et
ceteri gentes exeo. persequentes filios sem. Gigantes transierunt.
sed generatio ipsa stetit secundum animam. Chananei de generatione eorum
erant iniquorum quorum fuerant ante diluuium. Interempti sunt cha
nanei ex parte a filiis israel. Sicut legimus exercitus facti sunt alienige
ne. qui persequerentur iudeos. Ecce et illi transierunt. sed generatio
eorum stetit. Post modum autem conuersi sunt gentes quedam ad xpm.
S urrexerunt perfidi iudei per xpm aduersus xpianos. ipsam ha
bentes generationem quamuis ad animam quam habuerunt gen
tes ille. que prius persequebantur iudeos. Deinde gentiles quidem
credidierunt omnes. iudei autem defecerunt quia persequebantur ecclesiam.
et ex ipsa ecclesia surrexerunt heretici. quia persequebantur ecclesiam.
E cce iudei et gentes persecutores transierunt. sed generatio ipsa stat.
n am de generatione ipsorum iudeorum et gentilium sunt heretici isti
ideo et mores et perfidiam secuntur illorum sicut diximus sup. Postmo
dum autem et heretici transituri sunt ut non sint secundum quomodo et
uidentur et futuri sunt gentiles et populi antixpi. et transeunt ab
istis generatio rectorum stabit in illis. De generatione enim iustorum erunt
et in illis quia fuerunt. et impletur quod dictum est. Non transibit